a ¶ In fi. Idē tenet hic āg. cū Jo. fab. vide eū hic l. ij. col. vsq; ad ꝟ. videam⁹ itaq;. q̄ est in seq. col. añ fi. vbi tractat illam questionē. nūq̄d q̄ olim possidebat presumat̄ hodie possidere ⁊ durat hec q̄stio ꝑ totā col. seq. scz tertiā vsq; ad colum. q̄rtam post prin. in ꝟs. Quero secundo. vbi tractat̄ illa qō an q̄ possidet rē hodie p̄sumatur dñs Itē ꝑpe fi. quarte col. q̄rit an oliz dñs presumat̄ hodie dñs.

b ¶ Dicas Vide dñm Jas. hic in v. col. in ꝟ. in fi. glo. ꝑclara intelligentia.

c ¶ Rei vēdi. Querit hic ang. super ista gl. an rei vendi. tollat̄ ꝑ cōditionez furtiuā: vl̄ contra.

d ¶ Prima verior. Idē tenet h̄ angel. Itē ang. h̄ in pe. col. post p̄n. in ꝟ. l gl. denūtiare. q̄rit an sit de necessitate q̄ creditor īterpellet debitorē ex̄ iudiciū si vult eū cōuenire. vide ēt h̄ do. Jas. in vij. col. ꝑpe. fi. in ꝟ. gl. in ꝟbo denūtiare itē vide pare. l pe. col. in fi. formā libelli ī ꝯditiōe furtiua. de hoc ꝑ do. Jas. in penultima col. in fi.

¶ In. e. gl. in fi.ᵃ sz ſcꝫ hoc nihil speciale esset in fure: quia cōtra quēlibet agitur triticaria ꝑ possessiōe. ff. de triti. l. ij. quod tamen iste tex. innuit. ¶ Quid ergo dicemus ad contrarium qd̓ ad hoc obstat. Potest dici q̄ hec conditio furtiua habet speciale ī hoc: quia ille qui agit alijs conditionibus non habet dicere se dñm nec cōcludere per medium dominij: in ista sic. ff. de cōdi. fur. l. j. vnde qui agit commodati vel depositi non agit q̄ dñs sed q̄ cōmodauit: secus in condi. fur. et in hoc speciale in ea ⁊ cōcluditur ad dimittendam vel dandaz rem ſm Jaco. ¶ Vel potest dici q̄ conditio furtiua cōpetit ad dandaz si res intereat. ff. de condi. fur. l. si pro fure. ⁊ l. ⁊ ideo. ⁊ sic is tex. debet ītelligi quod hac condi. furtiua agitur ad dandū quādo res nō extat ⁊ ᶜ hoc casu loquit̄ is text. In veritate is tex. loquitur quando res extat et apparet: quia loquit̄ in casu quo res vendicari pōt vt ibi q̄uis aduersus ⁊c. que vendicari non potest nisi extet. ꝟ. ꝺ re iud. §. si tamē. preter ea iste tex. ponit regulā ⁊ exceptionez. Regula est nemo agit ad dandum rem suaz nisi ꝯ furem. exceptio deberet̄ de regula. ff. de iu. l. j. hic aūt nō eēt de regula nisi possit res sua peti dari. ergo sequit̄ quod possit peti dari oportere. ⁊ hoc non potest negare qui non voluerit calūniari tex. ¶ Quid ergo ad regulam. dicas ᵇ q̄ q̄uis sit impossibile rē meam mihi dari nihilominus hec petitio admittitur cōtra omnez rigorē iuris ⁊ contra propriā significationē verbi dādi odio furis. vnde quādo res extat hoc verbum dare accipitur pro reddere. ⁊ iō tex. dicit hic recipiēde rei gratia ⁊ sumit̄ hic dare improprie sicut et quando reddere pro dare. ff. de verbo. signi. l. verbum reddendi. sed quando extat improprie. quia in hac actiōe venit estimatio. ff. de condi. fur. l. in re. in qua certū est ꝑprie dari. ¶ Sed quare inductum est q̄ agat̄ ad dādū. Respō deo ꝑpria natura cōditionū est q̄ per eas agit̄ ad dandū. vt. j. §. pri. ⁊ frequētissime ꝯtingit q̄ estimatio venit ī hac actione. vt. ff. de cōdi. furt. l. iij. ideo iura indistincte cōcesserunt agi ad dādū aduertētia q̄ erat possibile q̄ frequēter cōtingebat: vcz fieri cōdēnationē in in tereē: seu estimationē. ⁊ hoc etiā aduertit legislator cū dicit q̄ lz rez nostrā nō possumus stipulari: possumus tamē q̄ ex causa furtiua debet̄. ff. de ꝟb. signi. l. scire debem⁹. §. fi. que multuz facit ad intellectū hui⁹ §. ¶ In gl. j. rei vē.ᶜ ibi cū allegat ꝺ triti. l. j. ⁊. ij. hec gl. ꝓcedit in malefidei pos. rei mobilis sciēter eā cōtractāte qui cōmittit furtū. C. qd̓ cū eo. l. si liberāt. ꝺ fur. l. alienū. ¶ In fi. e. glo. prima verior ᵈ. nā per eaz non agit dñs ad dandū nisi cōtra furē: sed a re stituendum: vel forte ad possessionem. ff. ꝺ triti. l. ij. Doct. tractāt hic materias quasi oīm conditionuz. ⁊ satisfaciliter transeunt ponendo ⁊ sumendo aliqua de materijs earū que melius patēt per speciales titulos cuiuslibet in textib⁹ ⁊ in glo. qd̓ recitare non esset nisi deni

12 grare papyrum. ¶ † Queramus tamē
aliqua circa materiā huius cōditionis
furtiue de qua specialiter. pmo cui cō=
petat. Et certuz est qđ domino: vt. ff. de
cōditio. furt. l. j. vel quasi domino vt tu
tori: vt ibi no. Sz certe ille nō est qua
13 si dominus: sz est loco domini. ¶ † Sz
qd dices đ prelatis ⁊ rectorib⁹ eccl'ia
rum. nunqd possunt agere condi. furt.
Uidetur ꝙ sic ad instar tutoris et cura
toris p dictū. §. qđ verū est si agant no
mine ecclesie que est domina. vt dixi. s.
§. oim sz suo non viderent̄ posse agere
qr nō sūt domini sz forte fructib⁹ sepa
ratis possūt qr faciūt eos. vt scripsi. C.
de sacr. sanc. eccle. aut̄. hoc ius. ¶ Sed
quid de bo. fi. pos. q posset agere publi
ciana. videt̄ ꝙ cōpetat saltez ei vtilis
condi. fur. ff. de pig. l. si ab eo. glos. ; vr̄
sentire cōtra. ff. eo. l. et ideo agat ergo
14 tritica. vt ibi notatur. ¶ † Sz quid de
cōpositarijs ⁊ alijs qui nō habent ius
i re. gl. dicit ꝙ subuenit̄ eis offic. indi.
vel per actionem in factum. C. de agri.
et sen. l. si coloni. illa. l. loquitur in casu
suo speciali. tn̄ eadē equitate videt̄ suc
currendū alijs licet ibi non loquat̄ de
talibus qui non possident: sed de veris
possessoribus. sz. C. de preto. pig. vide
tur loqui de misso in possessionē qui nō
possidet. Canoniste vo puidēt per cō
ditio. ex canone reitegrāde. et per. c. se
pe. ex̄ de restitu. spol. dic vt ibi. ⁊ in spe
cu. de peti. ⁊ pos. §. j. versi. qd si deposi
15 tarius. ¶ † Quid de vtili domino nun=
qd potest agere cōdi. fur. nō videt̄. qr
colon⁹ nō potest agere. vt. ff. loca. l. cū
in plures. §. messez. sed ibi i colono ad
modicū tp̄s. sec⁹ si ad n̄ modicū. dic. s.
đ re. di. §. is vo. ⁊. §. si tamē. ⁊. dic ꝙ hec
cōpetit domino etiaz si desierit eē dn̄s
dūtamē sine facto suo. vt ibi. vide. ff. e.
l. sine. §. tandiu. ¶ Queritur ɔ̄ quez cō
pētit. vide. ff. de cōdi. fur. l. si p fure. §.
16 fi. ⁊. l. lex furtiua. ¶ † Querit̄ vltra ad
quid cōpetat. ⁊ certū est ꝙ si res extat
ipsa ɔdicitur: vt. d. §. si tamē. ⁊ hoc. ff. đ
triti. l. ij. cū oi interesse. vt. l. iij. ff. e. ⁊ ne
dū res ipsa imo qđ factū est ex ipsa. ff.
eo. l. ex argento. vel quod superest. e. ti.
17 l. si seruus. §. boue. ¶ † Sed querit̄ po

ne quid si res interierit. nūquid petet̄
ipsa res. vl' estimatio. gl. dicit ꝙ petet̄
res ipsa ⁊ fiet condēnatio in estimatio
ne. ff. e. l re furtiua. ⁊ pro illa gl. videt̄
expressum. e. ti. l. iij. i fi. facit etiā. ff. de
fur. l. si qs vxori. §. pe. de vbo. obli. l. si
seruum. §. fi. ¶ Contrarium videtur ex
pressum in. d. l. in re furtiua. ff. de do. cā
mor. l. si filio. de condi. indebi. l. in sum
ma. §. in frumēto. ¶ Posset dici ꝙ si cer
tum est rem non extrare debet peti esti
matio. ⁊ si repeteret male peteret: ⁊ ita
tenet Inno. ex̄ đ excep. c. sacro. ⁊ ita te
net gl. ordinaria iur. ciuilis. Spec. vi
detur tenere ꝙ potest peti res siue esti
matio. forte vult dicere pōt peti res si
extat. vel estimatio si res nō extat. de
hoc in Spe. de lit. concēp. §. ad huius.
vsi. itē nota. de ob. ⁊. sol. §. sequit̄. vsic.
18 quid si petij. ¶ † Quicquid teneas cre
do ꝙ vbi res nō extat ⁊ est certū. est fa
cienda mentio de hoc sicut dixi quādo
quis dolo desijt possidere. s. ec. §. oim.
vide per tex. s. allegatum qui videt̄ cō
cludere ꝙ etiā res mortua ɔdicit̄. cre=
derē libellū pcedere ēt si ɔdicat mor=
tuā dūtamē eā non exprimat mortuam
in libello. si eīn hoc exprimeret ad im
possibile ɔcluderet. ⁊ credo ꝙ si aduer
sarius excipiat ꝙ res est mortua qđ de
bet ɔcludere ad ptiū qđ male excipit.
¶ Itē credo ꝙ si dicat rē mortuā ⁊ ɔclu
dat ad estimationez qđ bene concludit
per. ll. alleg. pro hac parte. ¶ Itez ꝙ si
pbabiliter dubitet an res extet vel nō
potest ɔcludere alternatiue. quare pe=
to rem si extet mihi dari si nō extet ta=
lem estimationē. ff. quo. le. l. j. §. qđ ⁊ ita
nullam de opinionibus pdictis ad li=
teraz teneo. Ex predictis patet forma
et cōclusio libelli. quare super eo nihil
19 elaborandū est. ¶ † In summa no. qđ
securius est agere tritica. ad possessio=
nē quā hac actiōe pp̄ter difficilē. pba
tionē dominij. vt dixi. s. ec. §. omnium.
1 ☞ Casus positio ponitur.
2 Actio. h̄ vbū cōprehēdit vtrāq3 actio
nē tam in rem q̄3 in personam.
3 Consuetudo talis est ꝙ vbi quis voca
tur ad iudicium debetur emēda ab il=
lo qui succubuit. vocaui te ad iudicium

tu statim cōfiteris & dicis te non debere emēdā: quia si req̄siuissem statī solvisses. ideo dicis me debere emēdam non te q̄d iuris.

Appellamus aūt in

1 rem actio. ¶ † Quidā faciūt hic §. quidā nō. Doc. Ja. & Pe. legūt sub §. p̄cedēti. casus ptz. Dn̄e ego vidi tractatus de ac. realibus & psonalibus. Quero a vobis an he actiōes habeāt aliqđ nomē gn̄ale. impator respondet q̄ imo appellamus &c. p̄seq̄re tex. cū is §. nullius est vtilitatis: vel modice loquit̄ em̄ de vna doctrina nominū q̄ grammaticis ptinacibus reliquat̄. C. de cōsti. pecu.

2 l. ij. quare hic nihil dico. † Jllud tamē no. q̄ verbū actionis vtrāq̄ actionē cōprehēdit. C. de heredi. vē. l. fi. & ideo si quis legaret vł cederet actiōes videt̄ q̄ legatarius possit intētare reales & psonales. ¶ Sz q̄d si vni daret vł legaret oēs vēdicatiōes alij cōdi. & est ibi aliqđ debitū p quo cōpetūt hipo. & psonalis: q̄s itētabit hipothe. & q̄s psonalē. videtur q̄ cū hipothe. sit accessoria q̄ cōpetat illi cui psonalis cōpetit iste §. facit ɔtrium. vide. s. de fideiuss. §. act̄. nec. ¶ Jn gl. id dicit. i fi. hoc nihil est: q̄r ille cōpetunt ad reddēdū seu restituendum. ff. cōmo. l. iij. §. heres. & l. si vt certo. §. rem tibi. vnde hic loquit̄ solum de illis psonalibus que competūt ad dandum vn̄ non omnes competūt ad dāduz imo vt q̄s liberetur. ff. de cōdi. sine causa. l. qui sine. & ad repetēdū qđ datum est. vt cōdi. ob tur. causam et indebiti. vt patet p ti. de cōdi. ob tur.

3 causam. & indebiti. ¶ † Jn glo. dicūt q̄dam. in fi. doc. hāc approbāt q̄ si oporteret denuntiare: ita oporteret denūtiare in reali sicut i personali. nulla tamē pōt pbari autoritate nisi q̄r is text. sic dicit. Et not. q̄ p hāc glo. vr̄ determinari q̄stio vbi q̄s vocat̄ ad iudiciū debetur de consuetudine emenda ab illo qui succūbit. pōe q̄ vocaui te ad iudiciū & peto. x. q̄ mihi debes: tu statī cōfiteris & dicis non debere te emēdā q̄r si req̄siuissez soluisses: quare dicis me debere non te. nūquid bene dicis. Nō videtur per hanc glo. tamen posset dici q̄ hoc casu sit necessaria denūtiatio cum ego non debeam puniri qui non sum in mora quinimo videtur quod non debeam expeñ. hoc casu in glo. vere. i fi. C. de defen. ci. l. defensores. a. ff. de origi. iu. l. ij. §. ex actis.

1 ☞ Primo ponitur casus positio.

2 Actio penalis nō dicit̄ propterea q̄ in ea iuratur in litem.

Adde ad idem. nu. 3.

4 Reivēdicatio ac alie reales an sint penales quādo dātur contra eum q̄ dolo desiit possidere.

5 Penales actiōes in quadruplū an alie sint q̄ depositi facti tumultus incēdij ruine naufragij. vide.

6 Quid si depositarius contumaciter nō compareat vel forte presens respondere nolit: an condemnabitur in duplum.

7 Delinquēs palam an magis puniatur q̄ qui clam vel econtra.

8 Fur manifestus quid sit. vide remissine.

9 Fur manifestus quare plus punitur q̄ raptor: cum in actione furti manifesti totum sit pena: in vi bonorum rapt. triplum.

10 Executores testamenti si deferant soluere legata relicta locis pijs an puniātur pena dupli.

11 Heres qui debet legatum pijs locis: si conuentus primo negauit postea penituit: an debeat condemnari in duplum.

12 Quid si primo confessus est et postea negauit.

13 Quid si non pōt soluere duplum.

14 Quid aūt si testator apposuit penam an habeat locum pena legalis.

15 Libellus in certi conditione ex mutuo qualiter formatur.

16 Libellans in certi conditione ex mutuo si non dicat pecuniam suam an libellus procedat.

17 Quid si dicat mutuaui decē q̄ p misisti reddere i scriptis & p lr̄as tali sigillo sigillatas an libellus procedat.

18 Quid aūt si p istr̄z pductū apparet q̄ est iterposita stipulatio et lr̄aruz obli

gatio.an debeat eligere.z quid.
19 Libellus hoc mō cōceptus.peto decē q̄ mihi promisisti per stipulationē nullla alia causa adiecta.an talis libellus procedat.
20 Traditio z pmissio equiparāt:z vbi fit traditio absq̧ causa dominium non transfertur.
21 Stipulatio an valeat vbi ambo scz stipulator z promissor credebant causam inesse z non inest.
22 Promissio rei q̄ pōt pstari vz:lz cōtra cius rei q̄ nō est non valeat.
23 Lex indistincte improbat pmissionez 3 factam sine causa.
24 Libellus an procedat si posui q̧ rem meam ibi commodaui et non posui ad quem vsum.
25 Quid si instrumentū dicat.talis commodauit z precario concessit.quis con tractus erit.
26 Libell⁹ q̄lr format i actiōe depositi.
27 An aūt in actiōe depositi q̄ cōpetit ad duplum sufficiat vnus libellus.
28 Snie due an sint necessarie in actiōe depositi q̄ competit ad duplum.
29 Libellus in actione mādati z p socio qualiter formatur.

a Sequens ª illa diuisio est.¶†Casus isti⁹.§.plan⁹ est.Dñe impator ego vidi.s̄.quasdā diuisiōes actionū.est ne alia diuisio.Imperator dicit q̧ sic.Nam quedā sunt rei psequēde:quedā pene zc.tex.est plan⁹ in glo. iij.diuisio.i fi.Prima fuit q̧ quedā reales quedaz personales.s̄.§.oim.Scda q̧ q̄dā ciuiles quedā ptoric.s̄.§.sz iste inu[illegible] sunt diuisiões vt videbis in gl[illegible]f.sunt pterea.vidibi.¶In gl. 1 sz nōne.i fi.b Itē iterest cuiuslibet ne q̄d in loc.pu.fiat.ff.ne q̄d i loc.pu.l.ij. §.j.de ope.no.nū.l.nā reipublice.scdz docto.melius.ff.d popul.ac.l.j.In gl. 2 q̄ sunt.x.i fi.¶†Hec glo.c videtur ad c uersari magne glo.s̄.ec.§.penales ꝟo. item aduersus eam vbi videtur cōcludere q̧ ibi illa actio dicit penalis quia in ea iurat in litez z tñ constat q̧ illud iuramentū venit ibi officio iudicis sicut in qualitate.z idem no.C.re.amo. l.ij.¶Sz dic q̧ hec gl. est vera.naz nulla actio est penalis propter hoc qz iurat in litem vñ illa actio sic dr ibi penal' ex alia cā nō qz iurat i lit. vt ibi scripsi.¶In gl.ad vtrūq̧.in fi.sed in pmo casu datur certi cōdi.ex mutuo in secundo certi conditio exstipulatiōe. vide.ff.si cer.d.l.cer.cō diti.§.qm̄.z qd scripsi.s̄. de ver.ob.in pn.¶†In gl.sed nōne ibi cū alle. s̄.e.§.penales.Hoc exēplū non est bonū.plus q̄ eni ridiculū est dicere q̧ actio ex ēpto z bo. fi.in q̄b⁹ iuratur in litez sint penales.vt dixi.s̄. sup glo.q̄ sunt.x.¶Preterea est 3 casuz huius §.qm̄ ponit eas rei psecutorias.Itē si dicerentur he penales quia iuratur in litez in eo q̧ excedūt veram estimationem potius dicerentur miste q̄ mere penales i versi.si plane.Pone exēplum in actio.l.aquilie qñ iterfecisti seruū meū vl' aial.vt dixi.s̄.e.§.pe 4 nales.¶†Sed vr̄ q̧ rei ven.z alie reales sūt penales qñ dant contra illū q̄ dolo desūt possidere vel nihil adest.vt si possessor occidit rē q̄ vēdicat vl' forte culpa ei⁹ interūt vel forte donauit vl' eā pdidit ad locū vel al's nā tūc reo nihil adest.ff.ad.l.acq̄.l.item mela.§.si plures.Sol.q̄ dolo vl' clpa desūt possidere habet p possessore fictione iuris z quasi tenēs z possidēs cōuenit nō deliquēs idcirco nō

a¶Seqns Diuide et summa sic sm Angel. Ois actio aut est ex 3 ctu vel ex maleficio z vel ē rei psecutoria vl' penalis vel mista. hoc.d.vsq̧ ad.§.q̄daz. b¶In fin. Ista glo.a nullo rprobatur:sz cū ea trāseū t hic docto. Querit hic ang.q̄s ad mittit ad vēdicādaz rē eccl'iasticam. puta rē sacrā vl' religiosaz vel feuduz eccl'ie.vid hic sm eū.

c¶Hec gl. hec eadez verba resumit hic angel.

reputat ei pena cuz fin
gatur possidere.vt.l.pa
rē.de re.iu.⁊.l.qui dolo.
⁊hoc qꝛ possedit.Sz vbi
lex dicit aliquem teneri
ꝙ nūꝗ͂ possedit ex deli=
cto suo sicut in actione
l. aq̄l.tūc censetur pena
lis.vt.i.§.si plures.Uel
pōt dici ꝙ vbi res nō ex
tat:non agit reali.vt.s.
de re.diui.§.th.¶In gl.
5 s.heredis.l fi.¶†Quid
in aliis casibus i q̄bus
ē eadē rō.Uerbi gratia.
subito currētib⁹ hostib⁹
habui rez deponere vel
forte supuenerunt mihi
noua qd latrones erant
in via ꝗ mihi insidiabā
tur.vl forte pegrinus in
firmitate subita graua=
tus nō potuit eligere si
bi hospitez vel aliquez
de circūstantib⁹ cui sua
cōmendaret.nunꝗd erit
idem.non vr qꝛ hoc est
penale:⁊ nō extendēdū
vt.l.interptatione.ff.de
pe.⁊ contra rationē iur.
statutū ⁊ ipsius actiōis
naturam.⁊ ideo non vi
detur extendendum.vt
l.qd ratione.ff.de legi.
super hoc adeas preto
rem vel augustum pro
lege condenda.¶Item
quid si nō causa tumul=
tus pplorum.sz forte vi
dit inimicum suū in via
⁊ forte aliqua deposuit
vt ei leui⁹ occurreret nō
vr loc⁹ huic pene ⁊ ma=
xime qn ipse inuasit.ff.
de mino.l.papi.de suspe.
6 tut.l.decreto.¶†Quid
si depositarius ꝯtumaci
ter non cōpareat vel for
te respōdere psens nolit
nunꝗd cōdēnatur in du
plum.Non videt qꝛ nō

negat.imo videt cōfiteri.C.de iura.ca
lū.l.ij.§.si autē reus.extra de cofess.
c.ij.lib.vi.⁊ ita tenetur in simplū.In
contrariū vr ꝙ debeat haberi p negā
te.ff.de iterro.act.l.de etate.§.quid ta
cuit.⁊ ita tenetur in duplum.Quid ad
hoc doc.consueuerunt dicere hec iura
concordando ꝙ vbi est damnū contu=
maci haberi p confitente:habet p cō
fitente.si sit ei dānū haberi p negāte
tūc habetur p negante.¶Ex ista dis=
solutione pōt respōderi ad qōnem nā
si deponens possit bene pbare suū de
positū vtilius est ei ꝙ depositari⁹ de
beatur p negāte ꝗ͂ p cōfitente:qꝛ ha=
bebit duplum:vt hic.sz in casu quo p=
bare non possit est ei vtilius qd habea
tur p confitente.vide qd scripsi in bre
7 uiario de iura.calū.l.ij.¶†In glo.sed
a ꝗre.l fi.gl.nō respōdet [a] pter hoc cō
trario qꝛ ibi punitur magis ꝗ clam hic
min⁹ ⁊ ita semp ob.l.illa.Dy.dicit qd
in illicitis oīno:id est ꝗ nunꝗ͂ possunt
esse licita ⁊ illicita magis punitur qui
palam ꝗ͂ ꝗ clam.vt hic.sed in his que
possunt esse licita ⁊ illicita magis puni
tur ꝗ clam ꝗ͂ ꝗ palam.vt.l.cōtraria.Et
p hoc qꝛ vsurarius manifestus magis
punitur ꝗ͂ occultus ⁊ disputās de fide
catholica publice magis ꝗ͂ priuatim.
extra.de vsu.c.qꝛ in omnib⁹.de homi.
c.ex literis.de here.c.cum ex iniūcto.
C.de summa trini.l.nemo.⁊ ibi consue
8 uit tangi de hoc per doct.¶†Quis au
tez sit fur manifestus vel nō.dic.s.de
oblig.que ex delic.nas.§.i.vide ibi.⁊ vi
bono.rap.§.fi.vide etiam ibi.¶In gl.
b s.vsq.in fi.[b] Uide.s.vi bono.rap.l pn
cip.⁊ in.d.l.si qs ex domo.⁊ l.d.§.fin.
s.vi bonorum rapto.⁊ est expressum.ff.
de furtis.l.si vendidero.§.cum raptor.
vn teneas ꝙ omnis fur tenet vi bo.ra
pto.si haberet animū resistēdi.al's nō
9 vt no.⁊ scripsi.s.vi bo.rap.l pn.¶†Sz
pōt queri quare punit plus fur manife
stus ꝗ͂ raptor cum in actione furti ma
nifesti totū sit pena:l vi bo.rap.triplū.
pōt dici ꝙ pretor pl⁹ fures punire vo
luit:qꝛ magis frequētabāt furta ꝗ͂ ra
pine.ff.de pe.l.aut facta.§.fi.Itē potest
queri quare est vniformis pena in ra=

a ¶Nō rñ
det.Idem
tz hic ang.
et Ias.alle
gando Jo.
fabri.

b ¶In fin.
Nulli⁹ do
ctor ꝯdicit
huic gloss.
sed omnes
ei consen=
tiunt.

pina & non in furto. ¶ Item cur magis punitur manifestus q̃ nõ manifestus. Potest respõdere per ea que dixi ibi. §. vi bono. rap. in pn. & §. j. ¶ In gl. §. ad l. aquil. in fi. idem in multis alijs vt in constitutione si quis in tantã. & l. non ab re. C. vñ vi. fi. re. l. si ɔstiterit. & i noibus: in quibus aliquid noĩe pene imponitur vltra interesse cũ sit eadem ratio. ff. de iur. patro. l. adigere. §. q̃uis. d fũ.
10 l. j. sm Dy. & no. j. glo. fi. ¶ † In glo. sz heres. in fine. Quid si executores p quorum manus legata solui debent ex dispositione testãtis differant. Potest di
a ci[a] eos teneri ista pena propter generalitatẽ huius litere: & maxime q2 possunt conueniri ex testamento hoc casu. vt satis plene scripsi. C. de epis. et cle. l. nulli. & ibi nota. sz possessorem rei legate nõ crederem teneri hac pena: cũ nõ teneatur ac. ex testamẽto sz rei ven. ¶ In glo. s. fraudulẽter. ibi cuz allegat. l. sciẽ
b dum[b]. hoc casu p̃sumitur fraus nisi heres pbet iustam causam modicũ tamẽ temp9 dz ei dari. ff. de colla. bo. l. si q̃s filium. §. j. ¶ In ea. glo. ibi cuz allegat
c l. pretor. §. si seruus[c]. illa facit i hoc qd dicit nõ edi. in fi. §. ibi. in aut. de here. et fal. §. si quis autẽ non implens. ibi p
11 traxerit. ¶ † In ea. glo. ibi. C. de vsu. le. vel fideicom. l. j. dic. ff. de vsur. l. herennius. ¶ † In ea. gl. ibi. vt. l. q̃d sit fugitiuus. §. j. Solu. ibi fuit delictuz consummatum. ideo fera penitentia. hic nõ. ff. de fur. l. qui ea mẽte. dic ibi. ff. nau. cau. stab. l. idẽq3. §. fina. in hoc tamen aduerte q2 si actor innitatur confessioni & per eam velit probare videtur satis equuz qd glos. dicit. si autem confessioni non innitatur tũc aut debitor stetit in negatione [illegible] vsq3 conuentus fuit: & tũc certum est q incidit in penam: q2 nedũ debetur propter negationez imo propter pcrastinationẽ & dilationẽ vt videbis. j. §. sz furti. ver. sz illa. ergo siue debitor negauerit siue confessus fuerit dumtñ ptraxerit p iussu magistratus conuentus fuerit pena est cõmissa & i hoc casu nõ pcederet qd gl. sed põt pcedere qñ primo negauit & post cõfessus est ante q̃ cõueniretur & hoc casu credo q pena sit cõmissa p negationẽ & hoc est expssuz. j. §. sz illa. vbi vr̃ concludi q negans statim cõmittit: sz ɔfitens sibi deferat quousq3 ɔueniat. igitur penitere nõ põt ex q̃ semel negauit & est pena ɔmissa. & de hoc non vr̃ multum dubitandũ. & idẽ cõcederẽ in hac. l. aqli. nã speciale est i minore q possit euitare penã quã cõmisit negando si post cõfitetur. & sic videt̃ contrariũ ius cõe. ff. de mino. l. si ea. causa. §. nunc. videndum. C. si ad deli. l. j. & ij. & de hoc tãgit specu. aliquantulum: nihil tamẽ eligit sed remittit ad hanc glo. in ti. de cõfes. §. nunc videndum.
12 versi. quid si egi. ¶ † In ea. glo. ibi cum allegat. l. illud hec q̃stio pcedit vbi nõ distulit tñ q fuerit in iudicio vocatus: q2 tũc etiã deberet ex pcrastinatiõe. j. e. §. sz furti. v. sz si distulerit. et nõ eẽt qd. sed qñ extraiudicialiter ɔfessus ẽ et post negauit. & intellige has determinationes procedere vbi non fuisset iustus error: quia forte ille excusaret. ff. de interrog. ac. l. cõfessiõib9. & l. q̃ seruũ. ¶ In. e. glo. cuz allega. j. §. at ille. Ille. §. parũ. facit tñ melius. ff. de his q̃ vt indig. post legatum. §. j. l. pe. credo tñ q prima sit vera quia ex sola ɔuẽtiõe debet vt. d. §. at ille. & ex sola pcrastinatione vt hic. sed glo. põt saluari vt negotium potest esse dubiuz. ff. de petiti. here. l. illud.

a ¶ Põt dici. hoc idẽ tz Ange. et Jason.

b ¶ Sciendũ. Et pro hoc vid bonũ tex. hic sm. Jas. & bal. i. c. vasal9. el. j. si de feu. fue. ɔtro. inter do. & agna.

c ¶ §. si seruus. Vide meliorem tex. sz Jas. in §. si vero ptraxerit. in autẽ. de heredi. et fal.

¶ Quid si rñdeat dubi-
to. dic nõ incurrere pe-
naz si habeat iustã cau-
sam dubitãdi: alr̃s sic. ff.
de pet. here. l. si debitor
in feu. si de feu. questio
13 fue. ca. vasallus. ¶ † In
ea. glo. cũ allegat. C. de
fideicõ. l. fi. hec ẽ vera ⁊
non hz dubium ẽm Dy.
¶ In ea. gl. in fi hoc ꝓt
ꝓcedeꝛ si dolose egerit
vt essent i nõ solnẽdo. ff.
q̃ in fran. cre. l. fi. §. fi. se-
cus si esset simplex mo-
ra. ff. man. l. si ꝓcura. §. si
ignorantia. nec ob. ff. de
mino. l. qd̃ si minor. §. si
seruus. qꝛ loquiꝛ in do-
lo adhibito in ɔtractu.
hic extra ɔctũ. ¶ In gl.
q̃d si in iudicio. ibi cum
a alleg. l. interpretatiõe a.
¶ Hec questio nõ est du
bia qꝛ est casus. j. §. sed
furti. nã si negat statim
cõmittit penã si cõfiteꝛ
nõ nisi se ꝑmiserit ɔue-
niri: vt ibi ptz textualr̃.
¶ In ea. gl. ibi cũ alleg.
l. in minoꝝ. Ecclesia eñ
equiparaꝛ minori: imo
et pupillo. C. de rei ven.
l. si vt ꝓponis no. Sed
nũquid duplaꝛ totũ: vz
legatũ fructus et vsure.
Uideꝛ ꝙ sic. ff. de furt. l.
in furt. acꝛ. in prin. ff. eo.
tit. l. inficiendo. §. j. Sed
is tex. supponit ɔrium.
ibi tũc eñ ⁊c. Sz retẽta
hac opi. ꝙ interesse non
dupleꝛ queriꝛ an possit
pena peti ⁊ iteresse. Nõ
vr̃ dubiũ ꝙ sic cum hec
pena sit legalis. ff. de cõ
di. fur. l. in re furtiua et
14 l. si ꝓ fure. ¶ † Sz quid
si testator penam appo
suit. Uideꝛ ꝙ nihilomi
nus sit locus huic pene:
sz tamẽ nõ potest exigi vtrãq;. C. de iur.
emphy. l. ij. no. in sirĩ. ¶ In ea. gl. i fi.
Dy. approbat has oẽs determinatio-
nes. ista sufficiant circa lecturã hui⁹ §.
qui vellet tñ solẽnizare posset attrahe
re materias actionũ hic noiatarum qd̃
nõ expedit: qꝛ in suis locis tacte sunt i
parte: vtinã nullus lector aliq̃d attra-
heret sed suis locis materias reserua-
ret et transiret tãgendo solũ necessaria
15 ꝓ intellectu casusque legit. ¶ † Quia tñ
in hoc titulo ꝓpriũ est tractare de libel
lis. videam⁹ quo in his actio. formanꝛ
libelli. et primo incerti cõdi. ex mutuo
de qua primo tractaꝛ in prin. huius §.
in qua sic potest icipere Dico Jo. fa. ꝙ
Mar. ꝙ lz dudũ eidẽ Mar. mutuauerĩ
tali pecunie mee q̃ntitatẽ: nihilominus
idẽ Mar. dictã pecunie quãtitatẽ mihi
reddere ɔtradicit indebite quare peto
dictũ Mar. in dicta tali quãtitate mihi
reddẽda ⁊ solnẽda per sniaz condẽna
ri. ⁊ ad h̃ ꝓpono certi cõdi. ex mutuo.
⁊ eodẽ modo potes formare in aliis re
bus mutuatis que cõsistũt põdere nu-
mero vel mẽsura. vide. ɔ. qui. mo. re cõ
16 trahi. ob. §. mutui. ¶ † Quid si non dicat
pecuniã suaz nũquid ꝓcedit libellus.
Non videꝛ qꝛ nõ est mutuũ nisi sit res
mutuantis. ff. de fideius. l. si quis ꝓ eo.
§. nummos. C. si cer. peta. l. q̃uis ff. si
cer. peta. l. ij. §. appellata. Nũquid ḡ cre
ditor habet ꝓbare dñiuz rei mutuate.
Non vr̃ dubiũ quin sic per ꝓdicta iura
alr̃s hac actio. agere nõ potest nisi reci
piens cõsumpsisset. ff. si cer. pe. l. nam ⁊
si fur. vel cũ suo miscuisset. ff. de solu. l.
si alieni. qd̃ est difficile ꝓbare. ⁊ sz hoc
vix aut nunq̃ agens ex mutuo obtine
ret. vnde oẽs moderni dicũt ꝙ agẽs ex
mutuo hz ponere se dñz sed nõ oportz
ret ꝓbare: qꝛ recipiẽs ñ potest ei refer
re qõnẽ seu cãm dominũ: ñ habeat cau
sam ab illo. C. loca. l. si q̃s ɔductionis
C. ð pig. actio. l. nec creditores. Et hoc
tenet hic Pe. ð bel. pti. ⁊ alle. ff. depositi
l. j. §. si ꝓdo. ⁊ facit qd̃ no. C. de non nu.
pe. l. j. ff. cõmo. ita ⁊ si fur. ⁊ hoc satis ap
probat equitas ⁊ cõis vsus. Sed pone
qd̃ formaꝛ sic libellus. Dico ꝙ mutuã
ui titio. x. que per stipulationez ꝓmisit

a ¶ L. in-
terꝓtatiõe.
Hec gl. di-
cit ꝙ in pe
nalib⁹ non
fit extensio
de sil̃ibus
ad sil̃ia. di
cit h̃ Jaso.
pl̃chre. q̃n
pene ipo-
nunꝛ habi-
to respectu
ad priuile
giũ alicui⁹
ꝑsone etiã
si ipi casus
essent a iu-
re equipa-
rati. ⁊ alle-
gat ipe Ja
son duas
gl. iuris ca
noni. con-
trarias: vt
videre po-
teris hic ꝑ
eum.

mihi reddere: quare peto &c. queritur nūquid ꝓcedat. respōdeo nō: q2 dubi⁹ est nec per eū scitur qua actiōe agitur. Certū est eñ ꝙ vbi ex eodem facto plures possunt cōpetere actiones vna est eligēda & nomināda. vt plene no. ff. de eden. l. j. in fi. magne gl. ex facto autē ꝓposito possunt ꝯpetere due actiōes. vz certi cōdi. ex mutuo. & certi cōdi. ex stipulatione si stipulatio fuerit ex interuallo apposita: & sic vna debet nominari. ¶ Preterea dz declarari an stipulatio fuit interposita incōtinēti vel ex interuallo: q2 si incōtinenti vna nascit̃ actio vz ex stipulatiōe: si ex interuallo due. ff. de noua. l. si ita. §. j. cū. l. seq. igit̃ nō videt̃ ꝓcedere nisi declaret an incōtinenti vel ex interuallo fuit stipulat⁹. Sz si dicat & declaret qđ incōtinēti tūc bñ ꝓcedit: q2 tūc cōstat ꝙ ex sola stipulatione agit. Si ꝯͦ dicat ꝙ ex interuallo non ꝓcedit nisi declaret qua actiōe agit, vt. d. glo. no. ff. de reg. iur. l. nemo. §. quoties. cū sint due actiōes: vt hic

17 in tex. ¶ † Quid si dicat mutuauit tibi x. que ꝓmisisti reddere in scriptis & ꝑ literas tali sigillo sigillatas: nūquid ꝓcedit. Dicas ꝙ nō eadem rōne. q2 obligatio literarū est hodie modus vestiēdi ꝯtractus sicut stipulatio. & ex ea agit̃ vt dixi. s. de lite. obli. igit̃ ꝙ in stipulatione interposita post mutuū dixi & hic debet itelligi. & ideo dic vt. s. ꝓxime dixi qđ parū aduocati aduertūt. ¶ Pone ego agebā certi ꝯdic. ex mutuo ꝓduxi instrumentū seu lr̃am ad ꝓbandā intētionē meā ꝑ quā apparet ꝙ in datione & receptiōe pecunie fuit stipulat⁹ & cō[illegible]. nunquid cado. Non dubiū qđ [illegible] que ꝓduxi luculēter apparet qđ [illegible] ego certi cōdi. q2 ibi ē stipulatio & scriptura & ita nō ꝯpetit certi ꝯdi.

18 ex mutuo. p. d. l. si ita. §. j. ¶ † Quid ergo si ꝑ instr̃m ꝓductū vel lr̃am apparet qđ fuit mutuū stipulatio & literarū obligatio: q2 ꝯtinet̃ ꝙ recepit. x. mutuo que per stipulationē ꝓmisit reddere tenore huius publici instr̃i: queritur nunquid debet eligere: & q̄d. Et videt̃ ꝙ debeat eligere ex stipulatione cum sit firmior: & magis firmū ꝑfertur minus fir

mo. ff. de rei ven. l. si id qđ. & vidisti. s. qui. mo. tol. obli. §. ꝑterea. de ꝯ. obli. in princi. Hec autē ꝓcedūt & libelli supradicti vbi soluz petitur res mutuata. Si autē petat̃ valor quāti plurimi iuxta. l. vinuz. ff. si cer. pe. est de eo faciēda mētio in libello. sz si facta non fuerit nihilominus pōt ꝓcessu pēdēte implorari officiū vbi per officiuz venit. vt plene nota. in Spe. de obli. & solu. §. sequit̃ videre. de cer. ꝯdi. Pet. de bel. perti. querit hic an si q̄s sit obligat⁹ ad certā monetā possit de alia soluere. et an si moneta illa tollatur sit liberatus. Hoc non est hic propriū: ideo nō ꝓsequor. de hoc tñ satis scripsi. s. quib⁹ mo. tol. obl. in prin. & C. de solu. aut̃. hoc itaqꝫ. vide i breuiario. & de hoc. ff. si cer. petat̃. l. sꝫ. §. apellata. Quomodo autē format̃ libellus [a] vbi agitur ex mutuo cōtractu in scriptis. vide. s. de lite. ob. vbi satis plene scripsi. Nihilomin⁹ de cer. ꝯdi. ex stipulatiōe in qua pz libellus. Dico ꝯ Mar. ꝙ licet talem summam vel quātitatem pecunie eidem mutuauerim ipsamqꝫ ꝑ stipulationem mihi reddere ꝓmisit nihilomin⁹ eā reddere cōtradicit quare peto dictū Mar. cōdēnari &c. et est sciendū ꝙ ex stipulatione orit̃ certi condi. ex stipulatiōe vbi certum vertit̃ in obligatione. sz vbi incertū tunc condi.

a ¶ Libellus. Uide Ang. hic i iij. col. post me. ver. ex quo seq̄t̃. Uide Pet. Ja. in titu. de condic. speciali ex mutuo. itē vide hic ēt Angel. sup for. libelli i act. cōmodati. itē vide hic Angel. in §. ex maleficijs. de formatione libelli i act. fur. in. ij. col. in me. ꝯ. q̄ro quō formabitur libellus. itē vide plene ꝺ his libellus i act. ex maleficio. §. ex maleficijs. i. ꝑ iij. co. i pn. ꝯsi. e. glos. restat.

incerti.sed doc.moderni cōsueuerunt
dicere q̄ cōdi.icer.nō est ꝓpriū nomē
actiōis:ſʒ satis pōt dici|ꝫ vt scripsi.s.
de verb.obli.in prin.vbi multas.ll.ad
19 hoc alle.¶†Occasione ꝓmissorū pe.
q̄rit q̄d si q̄s agat ex stipulatione nul
la causa adiecta.Uerbi grā.peto.x. q̄
mihi promisisti.nūquid talis libellus
ꝓcedit.ipe dicit q̄ sic.qꝛ stipulatio est
legitimus ꝯtractus de iure ciuili idu
ctus:igitur actionem parit.ff.de pac.l.
legitima.ꝛ.l.conuentionē.Uerū est q̄
actor excep.repellit.l.ij.§.circa.ver.si
q̄s.ff.de do.ex.Ubi aūt fuit cā:tūc aut
p̄terita aut futura.primo casu aut fuit
falsa vel vera.si falsa repellit nisi sciēs
falsum ꝓmisisset.si vera nō repellit si
ob futurā cōpetit actio.ſʒ nisi impleat
repellit excep.C.de re.ꝓmu.l.ex placi
to.C.de transactio.l.sine apud facta.
sm eum.Est ergo sua intētio reprehē
dere glo.q̄ est in.d.l.ij.§.circa.vbi gl.
tenet q̄ talis libellus nō procedit.sed
pe.dicit q̄ procedit.sed ob.excep.cū
distinctiōe quā.s.feci ista questio sup
ponit aliam vcʒ an promissio sine cau
sa teneat.Ad cuius euidētiam opʒ di
stinguere.nam interdum promittitur
sine aliqua causa exp̄ssa vel tacita:in-
terdum causa expressa vel saltē intelle
cta tacite.redeamꝰ ad p̄mū vbi repe
ritur nuda ꝓmissio.nec apparet aliq̄
expressa vel tacita ab aliqua partium
queritur an valeat.Et scio q̄ gl.tenet
in.d.l.ij.§.circa.qđ nō valet.Etiā ideʒ
videt tenere pe.nisi qđ dicit q̄ stipu
latio valet ipso iure.Sed obstat exce
ptio ꝛ ita cōcordat cū glo.saltē in effe
ctu.ꝛ ita tenet Dy.ex de re.iu.c.qđ se
mel.li.vj.¶Preterea videt casus l.d.
§.circa.ff.de ꝓba.l.cū deinde.§.fi. Sʒ
cōtra hoc videt:qꝛ paria sunt idebitū
ꝓmittere ꝛ soluere.C.ad le.fal.l.fi.ff.d
do.l.si patronus.§.de illo.sed soluens
sciēter indebitū sciēti nō repetit cum
donare videatur.vt.l.j.ff.de cōdi.ide.
ꝛ de ope.li.l.cāpanus.ergo ꝓmittens
vr̄ q̄ d̄beat efficaciter obligari.¶Pre
terea pro hoc faciūt.ff.de noua.l.si q̄s
legauerit.de ꝯdi.ide.l.fideicō.p quas
videt ꝓbari q̄ ꝓmittēs scienter videt
donare sicut soluēs.Solutio.p̄ma
opi.credo verā qđ saltē obstet exceptio
20 p dictū.§.circa.¶†Preterea traditio
ꝛ ꝓmissio equiparant.vt.s.§.allegatū
est.sed constat qđ vbi fit traditio absq̄
cā d̄hium nō transfert.vt.ff.de acq.re.
do.l.nū q̄ꝫ nuda traditio.ꝛ no.s.de re.
di.§.per traditionē.ergo vbi fit missio
sine causa videtur q̄ nō obliget effica
citer.ꝛ p hoc facit qꝛ si cōtractꝰ initus
ꝛ cū causa iter sciētes nō inesse causaʒ
veram nō teneret multo minꝰ q̄n sciunt
nullā.ff.de cōtrahen.em.l.domū.in fi.
¶Ad ꝯtria pʒ r̄nsio q̄ oia loquunt vbi
aliqua causa inter partes supponebat
Nos loq̄mur in casu quo nulla est cau
sa:vn̄ est idē nullā cām inesse nec sup-
poni:vel aliquā supponi licet nō verā
vt no.d.§.per traditionē.in si.ī gl.cau
sa precedēte ꝛc.Quid si talis ꝓmissor
soluit rē quā sine causa ꝓmiserat sciēs
nunquid potest repetere.Potest dici q̄
nō quasi sit melior cōditio possidentis
arg.predicte.l.domū.in fi.ꝛ illorū que
glo.no.in.d.§.circa.ꝛ Dy.in.d.c.qđ se
mel.¶Sed nunq̄d questio trāsfert do
minium rei solute.Credo q̄ nō p.d.l.
nunq̄ꝫ nuda.cuʒ nulla causa sit.vn̄ q̄n
est cā licet nō vera tūc transfert:ſʒ vbi
nulla nō:vt.d.§.per traditionē no.ꝛ sic
ille recipiēs nō posset rē vēdicare si ca
deret a possessio.eiusdē cū nō eēt factꝰ
d̄ns.Sed quid si promittatur ob cām
preteritā ꝛ falsam:qꝛ si ob futurā q̄stio
nō habet dubiū.nā illa determinat in
l.si repetēdi.C.de ꝯdi.ob cau.ꝛ in.d.§.
circa.versi.proinde.Sed vbi ob prete
ritā ꝛ presentē que credit inesse.gl.di
stinguit in.d.§.circa.qꝛ aut ambo cre
dunt cām inesse que nō inest.Aut am
bo sciūt nō inesse aut alter ꝛ tūc aut sti
21 pulator aut ꝓmissor.¶†Redeamus
ordinē ad singula.Querit circa p̄m̄
vbi ambo credebāt causam inesse ꝛ n̄
inest.gl.dicit q̄ nō valet stipulatio.C̄
tra hoc vr̄ expressum qꝛ ꝓmissio ꝛ solu
tio eq̄parant.vt.s.satis allegatū est.
Sʒ cōstat q̄ si datū ob falsam causam
credebat iesse nō repetit:vt.l.dam'.ꝛ
l.i summa.§.id qđ.ff.de cōdi.ide.ergo
nec ꝓmissum impeditur quominꝰ peti

possit. Sed ad hoc rñdet Dy. in. d. c. ꝙ
semel. qꝛ facilius denegať repetitio ꝙ̄
cōcedať petitio: sed ꝯtra: qꝛ certū est ꝙ
hodie tm̄ operať sola ꝓmissio in mate
ria donationis quātum olim ꝓmissio ꝛ
traditio. vt. l. si quis. C. de dona. sꝫ sola
traditio causat donationē ꝑsumptam
qn̄ ex cā q̄ crediť lesse sit traditio. vt. d.
l. dam⁹. ꝛ. d. §. id qđ. ergo ꝛ ꝓmissio. sed
ad hoc pōt respōderi qđ. l. si quis argē
tum. loquitur in alijs terminis: vcꝫ vbi
ꝯstabat ꝛ agebatur qđ esset donatio. sꝫ
nos loquimur qn̄ vterqꝫ credebat cām
inesse si ita nō erat animus donādi cū
donatio abhorreat cām. ff. de donať. l.
donari. Et hoc videť expressuꝫ. ff. de cō
trahē. empť. l. domū. in primo rñso. sed
illa obstat multū Dy. in eo qđ Dy ñ. vi
deť velle qđ nō possit repeti. Sꝫ forte
Dy. intēdit loqui vbi sciēs tradidit et
nō erat causa finalis. vt. j. tangeť. ¶ Vi
deamus quid iuris vbi ambo sciebant
causam nō inesse tñ ambo supponebāt
eā inesse. ꝛ hoc cōstat vel ꝑ cōfessionē
vel al's legitime. ꝛ scis ꝙ gl. q̄ videtur
loqui ꝓprie hoc casu tenet ꝙ nō valet.
qꝛ i pari causa. ꝛc. vt not. d. §. circa. si ta
mē soluať nō pōt repeti ꝓut innuit ibi
gl. cū dicit meliorē cōditionē occupan
tis. et ita etiā tenet Dy. l. c. qđ semel. q̄
etiā vr̄ loqui hoc casu. et hoc videť ex
pressum in. l. domum. in vltimo dicto. s.
12 allega. ¶ † Sꝫ huic obstat. ff. de ꝯ. ob.
l. si diuortio. Sꝫ potest dici ꝙ ꝓmissio
rei q̄ ꝑstari potest valet: lꝫ cōtract⁹ rei
q̄ nō est nō valet. vt. d. l. domū. ꝛ sic vi
detur ꝙ valet ꝓmissio hoc casu. Sed i
hoc videť mirabile: qꝛ certū est qđ ille
qui recipit indebitum scienter ꝯmittit
furtū. [illegible] fur. l. falsus. §. j. ff. de solu. l.
cū quis. Si ergo ꝓmittat q̄s ꝛ tradat
sine cā cū supponeret causaꝫ inesse re
cipiēs teneť furti. ꝛ sic repeti pōt saltē
per illā actio. Sꝫ potest rñderi ꝙ illud
est verū vbi sciens recipit ab ignorāte:
secus a sciente. vt. l. j. ff. de cōdi. Sꝫ q̄d
in tertio casu qn̄ stipulator scit causam
nō inesse ꝓmissor credebat Glo. ibi nō
exprimit hunc casuꝫ vr̄ tamē ꝙ nō va
leat stipulatio saltē in effectu ꝑ dictuꝫ
§. circa. et ꝑ allegata. s. sꝫ q̄d in quarto
qn̄ ꝓmissor sciebat causaꝫ nō inesse sti
pulator credebat qđ inesset. Glos. dicit
ibi qđ videtur donasse. pro qua videť
expressuꝫ. ff. de cōdi. inde. l. fideicō. de
dona. l. si quis delegauerit. ꝛ faciūt ra
tiones. s. alleg. in prima ratiōe: quādo
sine omni causa ꝓmissum fuit vꝫ ꝙ do
miniuꝫ transfertur quādo est aliqua cā
licet falsa: ergo obligatio contrahitur.
¶ In contrariū videtur qꝛ donatio est
cōtractus qui perficitur cōsensu duoꝝ.
ff. de pac. l. j. §. j. de dona. l. absenti. C.
de dona. l. si q̄s argētū. sꝫ cōstat ꝙ ꝯsen
sus duoꝝ nō cōcurrit in donatione vbi
alter credit causam lesse alter nō: ergo
sequiť ꝙ nō sit donatio. ff. si cer. petať.
l. si ego. Preterea qđ si nō donatio ap
paret: ois eñ donatio abhorret cām.
ff. de do. l. donari. de regu. iur. l. donare
cū igitur ꝓmissor supponat cām inesse
non videtur habere animum donandi.
¶ Preterea hoc videť expressuꝫ in. l. si
cū tibi aurū. ff. de solu. vbi nō videť do
nare sciens cū tibi dicat ꝙ excipere po
test. ꝛ sic nō dederat. In hoc aduerte qꝛ
si q̄s ex causa donationis ꝓmitteret ꝑ
pter falsam causam: tunc distinguiť an
esset causa impulsiua an finalis. ꝛ in du
bio presumitur impulsiua. de quo. ff. de
condi. ꝛ demon. l. cū tale. §. falsaꝫ. ff. de
do. l. ij. §. fi. et hoc nō tāgit nostrā q̄nē:
qꝛ nostra questio queritur vbi est simplex
promissio nec adijciť causa donatiōis:
qꝛ illa est ꝟa causa. s. donatio ꝙ̄uis for
te donatio fieret ob aliā falsam cām. sꝫ
questio procedit vbi ob falsam causam
directe ꝓmittit. veluti qꝛ scꝑsisti mihi
librū. vel qꝛ pro me iuisti romā. in qua
videreť posse dici ꝓbabiliter ꝙ stipula
tio non teneat: saltem in effectu ꝑ. ll. ꝛ
rationes. s. allega. ꝛ de hoc videtur ex
pressum. ff. de cōtrahē. emp. l. domū. ꝟ.
23 si autē vēditor. ¶ † Preterea certū est
ꝙ lex indistincte improbat promissio
nem sine causa. vt. d. §. circa. quomodo
ergo scientia partis faciet valere qđ de
se nō valet: ꝛ iurꝫ ordinē imutare cum
nec pactū exꝑssuꝫ h̄ posset. C. d pac. l.
pacta q̄ ꝯ. l. ff. de fideius. l. vbi lex Nec
ob. i ꝯriū allegata. Et ꝑmo. l. fideius. qꝛ
ibi loqť i casu q̄ fideius. factū fuerit de

facto.l.nō solēne.ꝛ ita ñ erat oīno sine
cā nec erat oīno falsa:sec⁹ vbi eēt oīno
falsa ꝛ nulla.ꝛ iō crederē ꝙ si q̇s ꝓmit
teret ex cā ex qua nō tenereẗ cū tñ eēt
vera ꝙ deberet teneri si sciēter ꝓmitte
ret per.l.illā.Itē nō obstat.l.si quis de
legauerit ꝑ eūdē modū.Itez ibi erat
vera causa ex parte stipulatoris.¶ Itē
non obstat ꝙ dominiū transfertur ex cā
falsa oīno:qꝛ nō est ꝑ oīa simile vt sa-
tis ex supioribus pōt percipi. Bñ tñ
credo ꝙ talis promissor nō posset repe
tere si solueret,vt.l.si cū tibi aurū ꝛ ꝓ
pter dolum suū,vt.d.l.domuz.in fine.
¶ Nūc videam⁹ de libello i act.cōmo
dati,ꝛ iste plan⁹ est.Dico ego Jo.fa.ꝯ
Marti.ꝙ licet equū meū eidē Mar.rea
liter ꝯmodauerim ad eūdū ꝛ redeūdū
de engolisma vsqꝫ ad burdegar.idem
ꝗꝫ Marti.p̄dictuz vsum expleuerit vł
exp̄lisse potuerit nihilomin⁹ dictū equū
mihi restituere indebite ꝯtradicit:q̇-
re peto ip̄m Mar.ꝯdēnari ad restituē
dum mihi equū vna cum damnis.ꝛ de
clara ea.ꝛ signa equū et pullū ꝛ valorē
eodē mō potes formare in aliīs rebus
que nō cōsumūtur vsu:qꝛ in illis nō cō
sistit ꝯmodatū nisi ꝯmodēẗ vt species
vide.ff.e.l.iīī.§.fi.cū.l.seq.nec refert an
cōmodarēẗ res mobiles vel imobiles
24 vt iura.ff.cōmo.l.j.§.j.¶ † Quid si po
nā in libello qđ rē meā tibi cōmodaui
nec declaraui ad quē vsum:nūquid ꝓ
cedit libell⁹.¶ Nō videẗ:qꝛ cōmodatū
nō est nisi detur ad certū vsuz.ff.ꝯmo.
l.in cōmodato.§.sicut.sꝫ est p̄cariuz.vt
no.ff.de p̄ca.l.j.§.j.ꝛ sic tenet Inno.ex
tra de cōmo.c.j.Sꝫ hec differentia nō
videẗ bōa:qꝛ precariū datur ad certū
vsum quādoqꝫ.ff.de dona.l.lucius.vñ
ad hoc ꝙ tute possis formare libellū ꝛ
agere cōmodati:opꝫ scire qñ est cōmo
datū ꝛ qñ ē precariū.qꝛ licet aliqua si
milia habeāt tamē nō cōcurrunt:qꝛ ꝓ
precario nō cōpetit actio cōmodati:sꝫ
interdictū.ff.de preca.l.interdictū.vł
prescript.ver.ff.eo.tit.l.duo.§.fi.ꝛ licet
multe differētie assignētur nō tñ ꝑ eas
cognosciẗ an sit p̄cariū vel cōmodatū
qūo ergo cognosceretẗ.Pōt dici qđ ꝑ v̄
ba.si eñ dicit cōmodo cōmodatū est,
si eñ dicit p̄cario cōcedo:p̄cariū est,
qꝛ a significatiōe verborū nō debem⁹
recedere.ff.de leg.iīī.l.nō aliter.de su
pel.le.l.labeo.sed si hoc nō appareat:
qꝛ dicit concedo tibi ꝛc.tūc si ad certū
vsum ꝛ tempus expressum vel tacituz
est cōmodatum.Verbi gratia.tu vole-
bas ire parrhisi⁹.Rogasti me ꝙ trade
rem tibi equum meum concessi hic est
certus vsus.ꝛ tempus tacitum quo po
teris iuisse ꝛ rediīsse.hoc ē cōmodatū
sed si nō sit tempus tacituz vel exp̄ssū
tūc est p̄cariū.ꝛ ideo quādolibet reuo
catur.vt cōcedo tibi habitationez illi⁹
domus.¶ Et hec est communis opi
nouoruz.Et caue:qꝛ materia multū
facit ad cognoscendum hoc.nam q̄
dā sunt in quibus nō bene ledet cōm
datū.nec cōtrahiẗ vltro citroqꝫ:sꝫ ꝑ
modū bñficīī conceditur sicut si con
daz ꝙ possis trāsferre fenū tuū per
rum meam.vel eximere cretam de ꝑ
do vel lapides vel talia.in his enim
non sunt habilia ad commodādū
cadunt in restitutione p̄sumo p[illegible]
ff.de do.l.qui saxum.de dolo.l.si c[illegible]
hi.ꝛ hoc bene innuit.l.interdictum.[illegible]
de preca.ꝛ sic debet intelligi.[illegible]
scrip.verbis.l.ꝑmisisti.ꝛ.l.si gra[illegible]
de furto.l.eum qui.§.is qui [illegible]
25 ¶ † Quid ergo si reperiaẗ i[illegible]
in quo caueatur.Talis commoda[illegible]
precario cōcessit.q̄riẗ q̇s ꝯtꝰ [illegible]
tes respōdere per ea que [illegible]
C.loca.§.adeo quod videtur co[illegible]
datum si materia alias sit hab[illegible]
ꝓ soci.l.sed si adūciaẗ.¶ Q[illegible]
rio cōcedatur ad certū vsum ꝛ [illegible]
tp̄s.nunq̇d est precariū.Non [illegible]
opi.doc.ꝛ tñ est ꝯtrariū verū [illegible]
ca.l.cū p̄cario.intellige enim [illegible]
quādo non expresse agebaẗ con[illegible]
precariū.Conclude ergo ex his [illegible]
necessariū poni in libello quod [illegible]
tum vsum ꝛ tēpus fuit cōmodatū [illegible]
tū vel expressum.Quidam dicu[illegible]
tra ꝙ sufficiat dicere cōmodaui ta[illegible]
lem rem ꝛc.nā dicendo commodaui
deo includere oīa necessaria ad cō[illegible]
modatuz.vide.§.de fideiu.§.fi.cō[illegible]
aūt sūt excipiētis.Prima tñ secun[illegible]

i vt expssum. C. cmo. l. ij. vbi actor hoc pbat et sic hz ponere. In actio. aũt cmo dati cõtraria libell9 ẽ etiã planissim9 Jo. fa. dicit ctra Mar. qd idẽ Jo. tales expẽsas nõ modicas fecit in tali re. cõ modata eidẽ p eũdez Mar. quas idez Mar. eidẽ Jo. reddere ctradicit quare petit etc. vide. ff. cõmo. l. in cõmodato. §. j. et l. i rebus. §. fi. et §. possunt. In preca rio ñ repitur ctria. q ergo remedio sub uenit precariũ recipiẽti. Forte p actio nẽ de dolo. vt. d. l. pmisisti. in fi. et. d. l. si cũ mihi. Si vis circa materiã magis di latare. vide. s. qui. mo. re. cõtra. ob. §. itẽ is cui. et i spec. d cõmodato. et i summa host. e. ti. De hoc autẽ caue in libellis hmõi qd ponas realiter cõmodatũ fa ctũ cum hec obligatio retrahat. vt. d. §.
26 item is cui. ¶ † Sequitur de actio. de positi. et est sciẽdũ qd hec actio qñq est directa. qñq ctria. itẽ qñq i simplũ. qñ q in duplũ. indirecta q cõpetit ad sim plũ est clarus libellus. Dicit Joã. fa. c Mar. q licet idẽ Jo. deposuerit talẽ rẽ penes eundem Mar. idq Mar. deposi tum recepit nihilominus eandem rem cdicit reddere minus iuste quare pe tit eundem Mar. cõdemnari ad reddẽ dum etc. et dico signãter recepit propter id, de quo vidi dubitari. ¶ Pone q i tui presentia posuit equum aliquis in do mo tua tu nõ recepisti custodiã. qritur vtrũ tenearis d positi. Et certũ est q nõ qr depositum re cõtrahitur et opz re agi vt. l. eum qui. §. is qui precario. ff. de fur tis. l. interdictũ. ff. de pca. hoc autez ca su nullum negotiuz agitur. bene tamẽ repe it casus quo teneretur vt in nau [illegible] ne: sed ille casus specialis est [illegible] iũ ius cõe. ff. nau. cau. l. j. §. fi. cũ. l. [illegible] In cõtrariuz actio. depositi patet libell9. Dicit. A. cõtra. B. q licet dictus. B. penes dictum. A. deposuerit talem equum dictusq. B. expeñ. fece rit nutriendo dictum equũ vsq ad ta lem summã. nihilomin9 dict9. B. dicto A. expensas restituere denegat min9 iuste q re petit dict9. A. dictũ. B. cdẽna ri in dictã summã sibi soluẽdã p vestrã
27 sententiã etc. ff. depositi. l. ei apd. † In actio. aũt d positi q cpetit ad duplũ. vt j. vsi. plane posset esse dubiũ vtrũ sint dãdi duo libelli an sufficiat vn9. et vr q debeãt dari duo: qr nõ pt peti pena quo usq negauerit cũ non sit ante cõmissa.
28 ff. de iud. l. nõ quẽadmodũ. ¶ † Preter ea videt q due snie sint necessarie. ff. de edil. edic. l. redhibitoria. sz põt dici q sufficiat vnus libell9. Et dicet sic. di cit. A. cõtra. B. q licet ipse propter pe riculum ruine vel talis tumultus depo suerit rem suam talem penes dictũ. B. nihilominus dictus. B. restituere non vult dictam rem. quare petit dictus. A. dictum. B. condẽnari ad restituendum eidem. A. rem predictam si cõfiteatur si neget petet condẽnari in centũ vltra nomine pene. que centum res predicta valet cõi estimatione. Similis modus cdẽdi libellũ approbat. C. loca. l. cõdu ctores. in glo. et p Inno. extra de test. c. raynaldus. et hos libellos reperies in spec. de deposito. §. nũc libellũ. Et ca ue q modus periculi est declarãdus et forte dies et locus alias vix possent te stes deponere super libello. ¶ Sz que ritur nunqd interesse peti possit cũ hac pena. Et dic q sic. qr ẽ pena legalis. ff. de cõdi. furti. l. si pro fure. et l. in re fur tiua. §. j. et iũge. j. eo. §. itẽ mista. et §. sed
29 furti. ¶ † Nunc tractemus de libellis actio. mãdati et pro socio. Et est scien dum q iste actiones qñq sunt gñales: qñq speciales. vt. ff. p socio. l. p socio. Sz certe. l. illa videt velle q actio mã dati sit specialis non generalis sed ex pone eam vt ibi. Generalis est quando agitur pro vniuersitate bonorum. Uer bi gratia. mãdauit tibi negotia mea trã ctare vel mercari pro me in talibus nũ dinis. tunc enim videtur agendum a ctione generali. ff. mandati. l. si procu ratorẽ. §. mãdaui. et l. si negotia. et l. cre ditor. §. fi. Et pt sic formari libell9. Cũ ego mãdaui tibi negotia mea agere: et tu gesseris: peto q reddas rõnẽ admi nistratiõis tue. sic vr gl. ponere l ac. ne go. gest. ff. de eden. l. j. eodẽ mõ in act. p socio gñali. Dicit. A. c. B. q lz dudũ societatẽ oĩm bonoz ctraxerint idẽq. B. plurima de dicta societate admini strauerit: nihilomin9 ea in cõmuni po

nere et reddere contradicit. Quare agit dict⁹. A. ꝯ dictū. B. ꝙ dict⁹. B. cōdēnet ad reddēdū rōnē et in cōi ponēdū ⁊c. Si tu vis videre libellos et positiōes i his actionib⁹ vade ad specu. titu. de iudi. §. gñalis. cū. §. se. li. iiij. et ibi repies i actione ex empto et vēdito locato et cōducto i ꝓpriis materiis. vñ ista sūt rndia quare non denigro papyrū nec in his nec sequētibus actio. hic nominatis ꝑsertim cū de earum materia visum fuerit in titulis suis. et inuenies satis indicto libello. et iunge. J. eo. §. actionum.

1 ☞ §. iste quare fuit hic positus
2 Actiones repiunt miste trib⁹ modis.
3 Petitio hereditatis lz sit realis sequit tñ naturam ꝑsonaliū actionuz quo ad prescriptionem.
4 Prescriptio nō currit sine possessione.
5 Actio cōi diuidūdo an cōpetat prodiuidēdo iura incorporalia veluti iurisditiones.
6 Actio familie herciscūde qualis est vñ oritur qñ oritur.
7 Pater vnū ex filiis instituit heredez in dodrāte: alteri donauit quadrantē per modū donatiōis iter viuos: qua actiōe diuident.
8 Possidēs dedit libellū in iudicio familie herciscūꝙ et dicebat se coheredem: reus negau:t eū coheredem: an debeat fieri cōdēnatio.
9 Actio familie herciscūde ad qd ꝯpetat et que in ea veniant.
10 An autē veniāt redditus.
11 An veniant feuda.
12 Libellus qualiter format in actiōe fami. hercis. et nu. 13.
14 Quid si actor petat diuidi res hereditatis an libellus procedat.
15 Libellus in actio. fami. hercis. an dz cōtinere ꝑstationes exēplū ponit.
16 Quis autem sit modus procedēdi et iudicandi.
17 Quid si ambo possideant.
18 Quid si ꝑ ignorātiam alique res remāserint ad diuidendū quia latēt post apparent.
19 Familie hercis. act. an possit agi ꝓ vna sola re que remāsit ad diuidendum.
20 Quid āt si tota hereditatis fuit diuisa mutuo cōsensu rebus paucis exceptis.
21 Actio communi diuidundo qualis et que sit.
22 Actio cōi diui. an det cuilibet habēti rē cōem: sicut detētatori vl bonefidei possessori.
23 Actio cōmuni diui. an detur tutori vel curatori.
24 Quid de ꝑsonis ecclesiasticis an possint agere actione cōi diui.
25 An feudatarii et vtiles dñi.
26 Actio cōi diui. ad qd cōpetit et que veniant in ea.
27 Actio communi diui. quāto tempore duret.
28 Libellus qualiter formatur in actiōe cōi diuidūdo.
29 An autē debeat declarari i libello quare res q̄ petitur diuidi sit cōis.
30 Itē an res singule sint specificāde que debēt diuidi.
31 Actio finiū regūdorū qualis est vñ oritur.
32 An autē qui agit actio finiū regundorum debeat se dicere dominum et probare.
33 Quid si it ago finiū regūdorū petēs declarari fines inter talē et talē fundū et dicis ꝙ fund⁹ meus est tu⁹ et sic vis repellere an possis.
34 Actio finiū regundorū an ꝯpetat pol. bonefidei tutori prelato ecclesie.
35 Item qnāto tēpore duret.
Adde ad idē nu. 36.
37 Quid si actor petat ꝙ mete ponant inter illud qd ipse possidet: et illud quod alter se asserit ꝑscripsisse: an repellatur.
38 Possedisti fundū tuum. xxx. annis vicinū fundo sempronii sempronius cedit a possessione et illa possessio ad te peruenit volo agere cōtra te finium regun. tu me vis repellere exceptiōe prescriptiōis sicut poteras repellere sempronium: an possis.
39 Actio finiū regundorū qd cōtinet.
40 Actio finiū regūdorū. an cōpetat pro iuribus sicut pro diuisione territorium in quib⁹ habemus iurisditionem.
41 Libellus qualiter formatur in actione finium regun.

4 Actiones quatuor cōpetunt ꝓ finib⁹ et que sint ille. vide.

1 Quedam[a] actiones

